

Les Adelpes.

Numéro d'inventaire : 2010.06135

Auteur(s) : Terence

Eugène Benoist

J. Psichari

Type de document : livre scolaire

Éditeur : Hachette Librairie et Cie (79 Boulevard Saint-Germain Paris)

Imprimeur : Lahure (A.)

Collection : Classiques latins

Description : Livre relié. Dos toilé vert foncé. Plats vert pâle ill. en noir.

Mesures : hauteur : 157 mm ; largeur : 100 mm

Notes : Texte latin publié avec une introduction, des notes en français, les fragments des Adelpes de Ménandre, les imitations de Molière, etc. Cachet de la Faculté des lettres de Clermont.

Mots-clés : Latin

Filière : Post-élémentaire

Niveau : Post-élémentaire

Autres descriptions : Langue : Multilingue

Nombre de pages : 96

Sommaire : Introduction

ACTUS V. SCENA II.

SYRUS. DEMEA.

S. Heus, Demea, orat frater ne abeas longius. 875

D. Quis homo? — O Syre noster, salve! Quid fit? quid agitur? —

S. Recte. D. Optume est! — Jam nunc hæc tria primum addidi

Præter naturam : O noster! Quid fit? quid agitur? —

Servom haud inliberalem præbes te, et tibi

Lubens bene faxim. S. Gratiam habeo. D. Atqui, Syre, 880

Hoc verum est et re ipsa experiere propediem.

ACTUS V. SCENA III.

GETA. DEMEA.

G. Era, ego huc ad hos proviso, quam mox virginem Accersant. — Sed eccum Demeam. Salvos sies!

D. O qui vocare? G. Geta. D. Geta, hominem maxumi Preti te esse hodie judicavi animo meo. 885

Nam is mihi profecto est servos spectatus satis,

Quoi dominus curæ est, ita uti tibi sensi, Geta,

Et tibi ob eam rem, siquid usus venerit,

Lubens bene faxim. — Meditor esse adfabilis

Et bene procedit. G. Bonus es, quom hæc existumas. 890

D. Paulatim plebem primulum facio meam.

880 et 889. *Faxim* pour *fecerim*.

882. *Proviso* réunit les deux sens de *prodeo* et de *viso*, d'où le sens du futur; je vais devant pour voir.

— *Quam mox*, combien vite, c.-à-d.

qu'ils l'amènent au plus vite. — Géta sort de chez Sostrate, à qui il adresse le premier vers.

888. *Siquid*. *Quid*, au neutre, en quelque chose, τὶ en grec.

ACTUS V. SCENA IV.

81

ACTUS V. SCENA IV.

ÆSCHINUS. DEMEA. SYRUS. GETA.

Æ. Occidunt me equidem, dum nimis sanctas nuptias
Student facere : in apparando consumunt diem.
D. Quid agitur, Æschine? Æ. Ehem, pater mi, tu hic eras?
D. Tuos hercle vero et animo et natura pater, 895
Qui te amat plus quam hosce oculos. Sed quor non domum
Uxorem accersis? Æ. Cupio, verum hoc mihi moræ est,
Tibicina et hymenæum qui cantent. D. Eho!
Vin tu huic seni auscultare? Æ. Quid? D. Missa hæc face,
Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas, 900
Atque hanc in horto maceriam jube dirui
Quantum potest; hac transfer, unam fac domum :
Traduce et matrem et familiam omnem ad nos. Æ. Placet,
Pater lepidissime. D. — Euge! Jam lepidus vocor.
Fratri ædes fient perviæ, turbam domum 905
Adducet, sumptu amittet multa : quid mea?
Ego lepidus in eo gratiam. Jube nunciam
Dinumeret ille Babylo viginti minas. —
Syre, cessas ire ac facere? S. Quid ego? D. Dirue!

: 92. *Equidem*. Cf. v. 336.

897. *Hoc* prépare ce qui suit :
ci, c.-à-d. *tibicina*, etc.

8. *Tibicina et hymenæum qui
tent*, la joueuse de flûte (*tibia*),
αὐλητρίς et des gens qui chantent
l'hymne du mariage, dont le re-
frain était : *Hymen, o Hymenæe!*

899. *Vin*, pour *visne*. — *Huic
seni*, c.-à-d. *mihi*. — *Face*. Cf. 241.

900. *Turbas*, les parents, les
amis qui accompagnent le cortège.
— *Lampadas*, les torches nuptia-
les; le cortège avait lieu à la
tombée de la nuit.

901. *Maceriam*, le mur de clô-

ture qui séparait les deux maisons.

902. *Quantum potest*, aussi vite
que possible. Cf. v. 695.

903. *Traduce*. Cf. v. 241. — *Fami-
liam*, les esclaves, le personnel.

904. *Euge*, εὐγε, à merveille!

906. *Quid mea*, s.-ent. *refert*.

907. *Ego — gratiam*. Moi, l'hom-
me aimable, j'entre en grâce.
J'entre en grâce et l'on m'appelle
l'homme aimable. — *Nunciam*.
Cf. v. 156.

908. *Ille dinumeret*, qu'il donne
vingt mines (si cela lui fait plai-
sir). — *Ille Babylo*, ce Babylo-
nien, ce richard.

Tu illas abi et traduce. *G.* Di tibi, Demea, 910
 Bene faciant, quom te video nostræ familiæ
 Tam ex animo factum velle. *D.* Dignos arbitror.
 Quid tu ais? *Æ.* Sic opinor. *D.* Multo rectiust
 Quam illam puerperam hac nunc duci per viam
 Ægrotam. *Æ.* Nil enim vidi melius, mi pater. 915
D. Sic soleo. — Sed eccum Micio egreditur foras.

ACTUS V. SCENA V.

MICIO. DEMEA. ÆSCHINUS.

M. Jubet frater? ubi is est? — Tun jubes hoc, Demea?
D. Ego vero jubeo et hac re et aliis omnibus
 Quam maxume unam facere nos hanc familiam,
 Colere, adjuvare, adjungere. *Æ.* Ita quæso, pater. 920
M. Haud aliter censeo. *D.* Immo hercle ita nobis decet.
 Primum hujus uxori est mater. *M.* Est. Quid postea?
D. Proba et modesta. *M.* Ita aiunt. *D.* Natu grandior.
M. Scio. *D.* Parere jam diu hæc per annos non potest;
 Nec qui eam respiciat quisquam est : sola est. *M.* Quam hic
 rem agit? 925
D. Hanc te æquom est ducere et te operam ut fiat dare.
M. Me ducere autem? *D.* Te. *M.* Me? *D.* Te, inquam. *M.* Inep-
 tis. *D.* Si tu sis homo,
 Hic faciat. *Æ.* Mi pater! *M.* Quid tu autem huic, asine,
 auscultas? *D.* Nil agis :

912. *Ex animo factum*, qu'il soit fait selon notre désir.— *Factum volo* est une formule équivalente à : *Cupio tibi fieri quod vis*. — *Dignos*. Le régime *vos* est omis comme en grec.

917. *Tun*, pour *tune*.

920. *Adjungere*, s.-ent. *nobis*.

921. *Nobis decet*. Cf. v. 483.

922. *Hujus*, d'Eschine.

924. *Parere*. Les fils de Micion n'auraient donc pas à craindre de cohéritiers. — *Per annos*, à cause de son âge.

926. *Et te*, et toi, Eschine.

927. *Sis... faciat*. Si tu étais un homme, il le ferait.

928. *Autem*, particule exclama-

